



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

122. Quare Episcopus consecratus offerat Episcopo consecranti panem, & vinum? Ex p. 12. t. 1. r. 122.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

testamenti terribilis appareat adversariis veritatis: & te ei largiente gratiam, impugnatorem eorum robustum existat. Qui Moysis famuli tui faciem, ex tui sermonis confortio decoratam ludissimis claritatis ac veritatis cornibus insignisti, & capiti Aaron Pontificis tui tiaram imponi iussisti. Tali armatura muniebantur primi Religionis nostrae Duces, & Astitites, per quam devicerunt Regna, obtulerunt ora Leonum, extinxerunt impetum ignis, effugaverunt aciem gladii, convalescerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum. Hoc eodem modo instructus Petrus Neroni; Liberius Constantio, Ambrosius Theodosio, Basilium Constantino, Chrysostomus Arcadio, Leo Genserico, atque Atilia; Stanislavus noster Boleslao, aliisque alii quamplurimi resistenterunt, terrorique fuerunt. His praesidiis omnis Arianæ, Macedoniana, Nestoriana, Dioscori, Euthichetis; ac reliquorum monstrosum dissipata est impietas, his denique omnis haereticorum pravitas cessit.

3. Vobis amplissimi Patres nimis hæc ipsa Moysis cornua obtusa, attrita reddita sunt. Quietem, & tranquillitatem nostram curamus: Cælum ruiturum existimamus si quid liberius pro Ecclesia Dei dixerimus, aut fecerimus. Nimis timidi sumus, nimis otio & desidia torpemus.] Hæc ille.

4. In signum Ordinis, Episcopus habet Mitram & Baculum, quæ ejus commissionis arma sunt, ut dixit *glos. ult. ad fin. in capite disciplina 43. dist. & in signum administrationis subiectus, curæ habet Cathedram, Lotter. de re Benefic. libro 1. quest. 9. num. 47.* Hinc quando prædicat Episcopus, cum causam Dei agat, & alleget, minis id facit, & idem baculum, & Mitram assumit; quando verò offert in altari, quia tunc causam populi apud Deum precibus agit, & alleget, & idem, ut humilitatem ostendat in conspectu Dei Omnipotentis, deponit iudicia, insignia altitudinis, & terroris, baculum scilicet, & Mitram, quemadmodum videmus in *dist. cap. disciplina de Moysè*, qui quando Dei causam apud Populum allegavit gladii usus est; quando verò apud Deum causam Populi, precibus, & humilitate rem totam confecit, vide *Turrecrem. num. 2. Præpos. num. 11.* & *D. Annam in dist. cap. disciplina num. 12.* Barb. de potest. Episcop. part. 1. tit. 1. cap. 5. num. 19.

RESOL. CXXII.

Quare Episcopus consecratus offerat Episcopo consecranti panem, & vinum? Ex p. 12. tract. 1. Ref. 122.

§. 1. Olim de hoc casu interrogatus fui à Clemente Merlino Sacra Rotæ Decano Viro incomparabili, & qui ex præcordiis teste experientia me supra meritum, & magni faciebat, & amabat. Tunc in promptu respondi in demonstrationem gratitudinis ex potestate ab ipso accepta ordinandi Sacerdotes, qui debent consecrari Corpus, & Sanguinem Christi, & idem Panem illum, & Vinum ob reverentiam Faces accensæ præstant; non displicuit tunc viro accuratissimi ingenii hæc explicatio, sed nunc invenio illam etiam docere sæpius citatum Socolovium *Orat. 4.* ubi sic ait, [Accepto deinceps novus Pontifex à suo Consecratore, ac reliquis assistentibus: osculo pacis, de quo paulò post nobis dicendum erit; eo tempore, quo populus Christianus dona, & munera ad Altare Dei, more veteri, eoque laudatissimo, offerre solet: ipse quoque suo Consecratore tanquam spiritali patri, munera adfert. Sunt autem ea ex antiquissima Melchias Pontificis institutione,

panis, & vinum, quibus dux antefertur facies. Offerit panem, & vinum velut ostendat se in cuius Sacerdotis functionem, & munus succedere, cui sine omni in futurum penitentia iuravit Dominus, eum esse Sacerdotem secundum Ordinem Melchisedech; vel, ut quidem ego iudico, ad designandam paupertatem Episcoporum primitivæ illius Ecclesie, in qua summæ opes, summæ divitiæ, Panis, & Vinum fuerunt. Dantur autem hæc munera clara luce, & amplius duabus facibus accensis, ne quid inter hæc levia munera speciosius colore, pondere pretiosius (scitis quid intelligam) subrepat, ac subijciatur. Male enim igitur: cum ea, quæ virtuti, & pietati debentur, aino onusto auro conferuntur.

2. Assumitur demum novus Antistes à suis Collegis, in communionem, & participationem, orationis, ac mysticæ mensæ. Ac ut quondam Elias quadraginta dierum, & noctium ad Montem usque Hore Dei visionis iter emensurus, cælestis delato communitate viatico: sic iste contra omnia prolixæ, & difficilissimi itineris pericula contra omnes visibilibus, & quæ videri non possunt, inimicorum insidias, contra principes, & potestates tenebrarum mundi huius, confirmatur, & roboratur Pane illo, qui de Cælo descendit quem qui dignè manducat, non succumbit, non moritur, sed habet vitam æternam. Super quem panem juxta Isaiam, requievit Spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilii, & firmitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: replevit eum spiritus timoris Domini. Quorum donorum participes efficiuntur omnes illi, qui dignè, & religiose tracto reficiuntur viatico. Ita ille, & post illum more suo, Barbosa de potestate Episcopi, part. 1. tit. 1. cap. 5. num. 17.

RESOL. CXXIII.

Quare Episcopo consecrando præbatur osculum pacis? Ex p. 12. tr. 1. Ref. 123.

§. 1. Tangit hunc morem doctus Halliet de Sacramentis Ordinis, part. 2. cap. 11. art. 2. num. 1. ubi sic ait. [Consecratur ex veteri Ordine Romanus, in quo præcipitur, ut cum Diaconi consecrati fuerint, dent osculum Episcopo, & Sacerdotibus, & illi ad dexteram Episcopi. Item perfecta Pontifex Presbyterorum ordinatione, tunc osculetur singulos diacones, Pax Domini sit semper vobiscum, & per manus commendat se orationibus eorum. Denique Episcopo, ubi non consecratus fuerit, jubet, ut tunc det osculum Pontifici, & Diaconis omnibus, & tenens cum Archidiacono deportet in Presbyterum, & det osculum Episcopis, & Presbyteris, scilicet ex more Graecorum, quibus cum salutatio ista in Hierarchicis ordinationibus exhibenda præcipitur, exhibito, ac recepto osculo ordinati ei satisfaciant, ut osculati testes passim renuntiant. Nec aliena hæc interpretatio motibus antiquis Ecclesiæ Catholicæ, ut pote cunctis præfatis sæculis usitatissimum esset, ut se invicem osculantes salutarent: quod ostendunt mox semel sanctus Paulus, semelque sanctus Petrus, dum salutare invicem fideles in osculo sancto adinvenit: ad eundem veterem morem probandum plurima probata testimonia proferte possemus, quæ libenter omittimus. Sed & faveat huic ritui salutandi de more ordinatum per osculum, Innocentius III. Epistola decretali ad Episcopum Trecentem, ubi Episcopus consecratur cum Ecclesiæ suæ possessionem admittit, osculum Canonicos omnes Ecclesiæ admittente suscipit ostendit, itaque, (inquit) cum ad eandem accedisset Ecclesiam consecratus, eum cum Canonicis